



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

V. Practicæ Resolutiones circa prædicta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

23. *Quid de pretio præ ore turpi accepto?* Accepta ob turpem causam solo iure naturali spectato illicita non sunt, nec restituenda. Pactio pretij ob rem turpem illicita est, nec obligat; postquam facta est, obligationem inducit: sic accipi premium potest ob iniustam sententiam datam, ob homicidium factum, ob meretricium, ob occultam etiam fornicationem. In quibusdam verò casibus, tenetur restituere, v.g. si acceperit meretrix à non potentibus alienare, vel fraude ac dolo quis horum extorserit; quando item occulta fornicatio puniretur in iudicio, actio illi in foro externo non conceditur.

## CAP V T V.

Praxis circa materiam de Dominio ex Do-  
ctoribus Societatis IESV.

24. *Dixisti quem Dominium famæ habere. Peccat ne sine causa se se infamando?* Etsi quisque dominus est honoris sui, & famæ, non licet tamen hæc sine causa negligere. Ex causa autem hoc cum laude geritur. Vnde cum *Valentia Valent.* existimo hominem ex genere lethaliter delinquere se ipsum sine causa rationabili infamando.

25. *Dominium rei, quæ nullius fuit, acquiritur ne sine ap-  
prehensione?* Non acquiri *Saa.* affirmat. Addit in rebus spiritualibus sufficere titulum habere.

26. *Quidnam de prescriptione, & usucapione?* Præscriptio dicitur immobilium, usucapio mobilium. Fit usucapio triennio etiam in rebus Ecclesiæ. Requiritur bona fides etiam in rem tradente. Non potest autem res sacra usucapi, aut prohibita alienari, nec res Ecclesiæ solemnitatem in alienatione requirens: nec res pupilli, aut minoris, quæ potest seruari, scilicet quæ non consumuntur. Non sufficit autem ad usucpcionem inchoandam, si quis rem possidere incipiat cum dubio, an sua sit: sed necessaria est bona fides, qua absque dubio credat rem suam esse. Ex *Molina.*

*vno usus actu*

*Molin.*

27. *Nocet ne hæredi mala fides defuncti ad præscriptio-  
nem?* Nocet planè; non autem nocet habenti ab hærede. *Saa. sic.*

*Saa.*

28. *Presumitur ne titulus consuetudine immemorabili?* Ita quidem. Sufficere autem & iustum credulitatem tituli ex er-  
rore facti *Saa.* idem affirmat ex *Couarrus.*

*Saa.*

29. *Solutio*


336 *Moralis Theologie Tract. II. Iustitia,*

29. Soluit quis tributum aut pensionem per contractum premissum: quot annis præscribit? Triginta annis non soluerunt mala fide. Quod si erat pactum non soluendi nisi pettam, negligente domino petere, præscribit debitor secundum legem communem præscriptionis. Molinam sequor.

Molin. 30. Eligendi ius quis annis præscribitur? Quadragesima etiam si unus solummodo actus interueniat. Idem Molina.

Molin. 31. Quid de prohibitis alienari? Affirmat idem Doctor, non præscribi ante triginta, vel quadraginta annos.

Saa. 32. Statum tollens præscriptionem tollit ne eam, cuius iniuria non est memoria? Saa, Non tollit.



**EXAMEN II.**

De Iustitia & iure circa materiam de Restitutione.

**CAPUT PRIMUM.**

*De Restitutionis necessitate.*

1. **R**vidnam est Restitutio? Iustitiae commutatio actus, quo redditur ad aequalitatem alteri, quod iniuste ab eo sublatum est.

2. **Q**uotuplex Restitutio? Duplex, vna, qua reuocantur omnia in statum pristinum: altera, qua tantum in aliquo particulari.

3. **N**ecessaria ne? Ad salutem quidem necessaria est, & in precepto, quod principaliter est negatum.

4. **E**xpende Restitutionis radices. Tres planè sunt, ex re accepta, ex iniusta acceptione, & ex vtraque. Qui ex re accepta tantum, tenetur eam restituere si exter; si pretium eius habet, id tantum restituere debet, quo factus est dition. Qui ex iniusta acceptione, tenetur in solidum ad totum damnum causatum, v.g. ad fructus rei, valorem eius, si non extaret, & similia. Qui verò ex vtraque, tenetur ad reddendam rem, ad damnationem secuta ex acceptione, & retentione iniusta, fructus & lucra, quæ cessarent.

CAP.